Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1196
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



cia senatus pro xpo capite truncatur. THEOPHILUS cesaree
palestine que olim turris stratonis uocabatur epc. de pascha
sinodicam et ualde utilem conposuit epl'am. BACHILUS co
rinthiorum epc elegantem librum de pascha scripsit. POLICRA
TES effesiorum epc scripsit sinodicam epl'am aduictorem romanum
epm. HERACLITUS in apl'm cmentarios conposuit. MAXIMUS
famosam questionem insigni uolumine uentilauit. unde malum
et quod materia adeo facta sit. CANDIDUS in exameron
pulcherrimos tractatus edidit. APPION similiter in exameron
tractatus fecit. SEXTUS subseuero scripsit librum de re
surrectione. GRADIANUS quedam opuscula ad xpianum dogma
pertinencia edidit. IUDAS plenissime disputauit de septu
aginta ebdomadibus apud daniele. et cronica usque ad seuerum
perduxit. TERTULLIANUS pbr prouincie affice ciuitatis car
taginensis patre centurione procosulari acris et uehementis
ingenii. multa scripsit uolumina. Specialiter autem aduer
sus ecclam texuit uolumina. de pudicicia. de persecucione.
de ieiuniis. de monogamia. de extasi libros vi. et septimum
aduersus appollonium. et multa alia que non extant uolumina.
ORIGENES qui et amancius leonide patre martire alexan
drie ademetrio eiusdem urbis epo in locum clementis pbri con
firmatus. tantum in scripturis scis habuit studii. ut et hebream
linguam. contra etatis gentisque sue naturam edisceret. et ex
ceptis lxx interpretibus. alias. quoque ediciones in unum congre
garet. aquile scilicet pontici proseliti. et theodocionis he
bionei. et symachi eiusdem dogmatis. In euuiglium quoque cata
matheum scripsit cmentarios. Preterea quintam et sextam et
septimam edicionem cum ceteris cparauit. Dialeticam quoque et